

dum, ut XI. q. 3. si quis episc. et c. sequentibus. Cum autem praecipit quod contra deum non est, vel utrum certum non est, refert, utrum praeceptum huiusmodi sit de his, quae spectant ad eius officium et praelaturam, neene. Primo casu est ei omnino obediendum, ut XI. q. 3. c. si autem vobis et c. si quis sacerdotum (c. 11. 18.) et XXIII. q. 1. quid culpatur (c. 4.): secundo casu liberum erit subiecto obedire vel non obedire, nisi talis sit subiectus, qui hominem super caput suum imposuerit tanquam deum, ut XI. q. 3. quid ergo (c. 99.) et XIX. q. 3. mandamus (c. 2.). —

---